



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

De SS. martyribus, Iustino Philosopho, Charito[n]e, & eoru[m] socijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

bellam, in qua solebat, oblata occasio, nomina fidelium annotare, donec ea in libro vita describeret. Quodam autem die pro animi vigore & alacritate oblitus imbecilitatis sua, cum ad Dei cultum properaret, in domicilio suo reliquit scipionem illum. Paulò post opera maligni demonis inflatum est domicilium illud, & cum omni suppellecstile cōflagravit. Erat tunc vir Dei occupatus laudibus diuinis, sed cum cerneret valido igni iam corruptum domicilium, ad solita praesidia se contulit. Deum orans, ne loca sancta ignis inuaderet: non admodum curans excidium cellulæ suæ. Exaudiuit verò Deus preces eius, moxque incendium repressum est, nec quicquam praeter viri Dei domicilium exulsit. In medijs autem flammis adeo scipio mansit illas, Scipionem vt ab igni cera indurata videretur, ne minutissimo quidem apice ex illa abolito. Quo & cerā viri insigni miraculo Deus ostendere voluit, quanti apud ipsum meriti esset sanctus Odul. Dei nihil legimus. Scipionem autem illum in eius defuncti sepulcrum desixere fratres, qui illic ita ditignis. mansit fixus usque ad beata memoria Ratbodi Episcopi tempora.

Aduentante tandem tempore, quo vir beatus ad optatam cælestis patriæ gloriam Cap. 10. erat transiit, modica febre correptus, sensit adesse migrandi tempus. Accitis igitur fratribus, indicauit eis diem obitū sui. Sub ipsam autem mortis horam rursus fratres sibi adesse voluit, & cum ipso cantare psalmos pro expectatione decessus sui. Omnis bus denique ex ipsis prescripto ritè peractis, valefecit fratribus, rogans eos, vt pro ipso Dominum precarentur, se quoque pollicens pro ipsis & loco illo eiusque habitato defuncto fratribus perpetuè Domino preces oblaturum. Inde mox ad Dominum se conuertens, nirogari. hilque trepidans ad mortem, (quippe qui mortem ipsam in lucro poneret) hilari mēte dixit: In manus tuas Domine commendo spiritū meum: sub quibus verbis sanctissima illa anima è corpore egressa est: simulq; suauissimi odoris fragrantia illic diffusa est, ita ut omnes inestimabili suauitate replerentur, perspicueq; inde liceret animaduerti, beatissimos angelicos spiritus animam illam è corpore abeuntem suscepisse. Eius festus dies celebratur pridiè Idus Junij. Fiunt autem per eius merita nō solum Triclini, sed etiam in Staueren innumera miracula in honorem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

F. Laur. Surius Pio Lectori.

In Aprili mense vitam Iustini Philosophi reposuimus, authore Ioachimo Peronio, secuti Latina Martyrologia. Nunc rursus damus Iustinum Philosophum, cū multis alijs proprietate cæsum, authore Simeone Metaphraste, qui eum habet die 12. Junij. Vtrum autem planè idem utroque sit Iustinus, ob temporis penuriam necdum satis examinare licuit. Mihi quidem diuersus hic ab illo priori esse videtur. Non enim tam obscurus fuit Iustinus, vt Præfectum ex eo percontari oportuerit, quod in hac historia sit, in quarum disciplinarum genere versaretur. Sunt & alia, quæ facile persuadeant non eundem esse.

## MARTYRIVM SANCTORVM IVSTINI PHILOSOPHI, CHARITONIS, ET SOCIORVM, QVI ROME PASSI SUNT, AUTHORE SIMEONE METAPHRASTE.

**V**O tempore nefarij superstitionis idolorū propugnato. 12. Junij. res impia contra pietatem ac religionem seruantes Christianos, per singulas vrbes ac regiones edita propofuerūt, vt quicunque Christiani depræhensi essent, idolis sacrificare cogerentur: compræhensi Iustinus, & qui cum illo erant adducti sunt ad Rome Præsidem, Rusticum nomine. Quibus ante tribunal constitutis, Rusticus Præses dixit Iustino: Agè, esto dijs ipsis obediens, & Imperatorijs editis. Illi autem Iustinus respondit: Nemo inquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris nostri Iesu Christi preceptis obediērit. Tum Rusticus Præfetus: In cuiusnam, inquit, eruditiois ac disciplinarum genere versaris? Cui Iustinus: Omnim disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditioem expertus, postremo vera Christianorum disciplinæ adhæsi, quamvis illa non placeat his, qui falsæ opinionis er-

rore ducuntur. Tum Rusticus dixit: Illane, miserrime, eruditio ne delectaris? Maxime, inquit Iustinus, quoniam recte cum dogmate Christianos ipsos sequor. At Praefectus: Qualem est istud dogma? Respondit Iustinus: Rectum dogma, quod Christiani homines cum pietate seruamus, hoc est, ut Deum unum existimet factorem atque creatorem omnium, quae videntur, quaeque corporeis oculis non cernuntur, & Domini num Iesum Christum Dei filium confiteamur olim a Prophetis prænunciatum, qui & humani generis index venturus est, salutis praeco, & magister ihs, qui ab illo benè dicterint. Ego quidem, ut homo, imbecillus sum, & longè minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim: Prophetarum munus hoc esse fateor. Illi enim huiuspius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarum aduentum multis antea seculis diuinitus predixerunt.

Christianū  
dogma.

Ierem. 23.

Chariton.

Charitina.

Euelpistus.

Hierax.

Peon.

Liberianus.

De firma  
spediti,  
qua illud  
exspectare  
debet, si ser-  
uet manda-  
ta Dei.

Sententia  
Iudicis in  
martyres.

Quæsiuit Praefectus, quem in locum Christiani conuenirent. Cui respondit Iustinus, eò unumquem conuenire, quo vellet ac posset. An, inquit, existimas, omnes nos in eundem locum conuenire solitos? Minime res ita se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur: sed cum inuisibilis sit, calum & terram implet, arque vbiq; à fidelibus adoratur, & eius gloria collaudatur. Tunc Praefectus: Age, inquit, das, quem in locum conueniatis, & discipulos tuos congreges. Respondit Iustinus: Ego prope domum Martini cuiusdam ad balneum, cognomento Timiorium, haec tenus mansi. Veni autem in urbem Romam secundò, neq; alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco. Ac si quis ad me venire voluit, communica cui cur, illo veritatis doctrinam. Ergo Christianus es tu? inquit Rusticus. At Iustinus: Maximè, Christianus ego sum. Tunc Praefectus dixit Chariton: An & tu Christianus es? Cui Chariton: Christianus ego sum, Deo ipso adiuuante. Quæsiuit Rusticus à Charitina muliere, nū & ipsa Christi fidem sequeretur. Cui respondit illa, se quoq; Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Euelpisto: Tu verò quisnam es? Cui respondit: Seruus quidè Caesaris sum, sed Christianus, à Christo ipso libertate donatus, & illius beneficio arque gratia eiusdem spei, cuius & isti sunt, quos vides, particeps factus. Post hanc Praefectus quæsiuit ab Hierace, num & ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit: Certè Christianus & ego sum: eundem enim Deum colo atque adoro. An, inquit Praefectus, Christianos vos fecit Iustinus? Ego, inquit Hierax, & fui, & ero Christianus. Stans autem & Paon dicit: Ego quoque sum Christianus. Et quifinam, inquit Praefectus, te docuit? Respondit ille: A parentibus bonam hanc confessionem ego acceperī. Post hunc Euelpistus dixit: Et ego Iustini quidem sermones magna cum voluntate audiebam, sed à parentibus tamen & ipse Christianus esse didici. Tum Praefectus: Et vbi nā parentes tui sunt? In Cappadocia, inquit Euelpistus. Quæsiuit Praefectus & ab Hierace, vbinā gentium essent eius parentes. Cui respondit Hierax: Verus pater noster Christus est, & mater fides, qua in ipsum credimus: terreni verò parentes mei mortui sunt. Ceterum ego ab Iconio Phrygia abstractus huc veni. Quæsiuit Praefectus à Liberiano, quidnam & impetreret: num Christianus es, atq; in deosimpius? Cui Liberianus: Et ego, inquit, Christianus sum: colo enim & adoro solum verum Deum.

Tunc Praefectus conuersus ad Iustum dixit: Audi tu, qui eloquens esse diceris, & putas, te veram disciplinam tenere: Si à capite per totum corpus flagello casus fueris, persuasumne habes, fore ut in calum ascendas? Cui Iustinus: Spero, inquit, me habiturum, quod habent, qui Christi dogmata seruauerint, si hac ipsa, qua dicas, perperitus fuero. Scio enim omnibus, qui sic vixerint, divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur. Ad hanc Praefectus Rusticus: Ergo futurum opinaris, ut in celos ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor, inquit Iustinus, sed scio, & hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem. Rusticus dixit: Veniamusdeinceps ad id, quod propositum est, & nos vrget. Conuenite simul, & vno codemq; animo diis sacrificare. Ad hanc Iustinus: nemo, inquit, qui rete sentiat, pietatem deferit, ut in errorem atq; in pietatem delabatur. Praefectus Rusticus dixit: Nisi iussis nostris parere volueritis, cruciatus sine villa misericordia patiemini. Iustinus autem: Maximè nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Iesum Christum cruciatus perpeti, ac saluari: hoc enim nobis salutem & fidutiam conciliabit ante ciudem Domini & Saluatoris nostri terrible illud tribunal, cui torus mundus diuino iussu affliset. Idem & reliqui omnes Martyres dixerunt, hoc addentes: Fac citò, quod vis: nos enim Christiani sumus, & idolis non sacrificamus.

Hac audiens Praefectus, talem sententiam pronunciauit: Qui diis sacrificare, & Imperatoris editio parere noluerunt, flagello casi, ad capitalem poenam abducatur, quæ admodum

admodum leges præcipiunt. Itaque sancti martyres Deum collaudantes, ad consuetum locum producti, post verbera securi percussi sunt, & in Salvatoris confessione martyrium consummârunt. Post hec quidam fideles clâm illorum corpora susserunt, & in loco idoneo illa condiderunt, cooperante gratia Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in secula seculorum, Amen.

## MARTYRIVM SANCTÆ AQVILINÆ VIRGINIS, AVTHORE SIMEONE *Metaphraſte.*



**O**STE A QV A M. Saluator noster Iesus Christus è cœlo descendit, & homo factus est, & pro peccantium hominum salute in terris apparuit, eiusque miraculis abunde mundus ipse illustratus fuit, atque his, quæ vltro passus est, diaboli, qui hominem circunuenérat, imperium exinanitum fuit, diuinaque gratia per gloriosam ipsius resurrectionem in mundum redundans, humanum genus ad fidem conuerit, denique postequam è terra in cælum ipse ascéndit, & ad patris dexteram sedidit, Apostoli, acceptis ab eo mandatis, fidem ipsius per totum orbem terrarum prædicárunt. Cumq[ue] multi per Apostolicam predicationem instituerentur, & Dei ope adiuuante, omnes illi à sancto Spiritu illuminarentur, fides ipsa per totum orbem terrarum vigebat. Apostoli vero, cùm suum munus compleuisserint, ad cœlestem Dominaum ascenderunt. Sed illorum tamen prædicatio faciebat, vt per vniuersam terram multi Deum timerent.

Itaque in vrbe quâdam Palæstinæ regionis, quæ Biblos dicebatur, erant Christiani homines, qui ab Apostolis ipsis pietatis doctrina instruti fuerant, è quibus unus, Eutolmius nomine, in vrbe illâ vxorem duxit: qui cùm vnâ sanctè viuerent, Deus ipse fructum & progeniem illis dedit, quæ nefaria tyranni decreta exinanivit. Cùm enim s. Aquilina fœmina illa ex Eutolmio viro suo concepisset, puellam peperit, quam & Aquilinam parentes nominârunt. Hec cùm paulò grandior facta esset, & etatem adhuc tenellam ageret, iniquorum Imperatorum de idolorum cultu seruando constitutiones euerterit. Cùm enim puella ipsa quadrimestrem etatem ageret, eius mater ad Euthalium Episcopum illam tulit, quam in nomine Domini nostri Iesu Christi Episcopus ille signauit, & catechumenam fecit. Post duos verò menses cùm eandem ad Euthalium ipsum mater portâset, puella Christi baptismo illuminata est. Quæ cùm annum ageret, cius pater Eutolmius ex humana vita ad Christum migravit. Mater verò puellam educabat. Itaq[ue] cùm septem annos hæc ageret, à matre sua omnem institutionem mulieribus congruentem edocebat, quæ quo etate magis crescebat, eo magis Spiritu sancto implebatur, & Christi gratia decorabatur.

Cùm verò decimum annum ageret, nunquām desinebat Deum ipsum invoca- re. Quo tempore, Diocletiani Imperatoris anno septimo instantे, Volusianus qui- dam homo tam nefarius, vt diaboli progenies dici posset, prouincia Palæstinæ admis- nistrationem accepit: qui cùm Deum ipsum non cognosceret, cœpit diuinat pietate, leſtinge pre- tis cultores infectari. Cùm igitur Christi victoria multi coronarentur, & Domini Iesu fecerit, athletæ certamina maxima recte sustinerent, diabolus ipse videns consilia sua à vi- etoribus Christi militibus destrui, omnem insaniam ac furorem effundebat. Quæ cùm ita fierent, beata & honesta virgo Aquilina multam Dei notitiam habens, aqualef- que suas conueniens, & quotidie cum illis colloquens: Quænam, inquit, utilitas yo- bis est ab idolis istis, quæ vos colitis? An ignoratis, quod qui fidem in istis collocârunt, vanam expectationem, inanem, nugacem, animarum corruptricem & dæmonia- cam spem habent? Istorum enim omnis invocatio inutilissima est, quiq[ue] istis diis sa- crificium offerunt, vt eos propitos sibi faciant, inanem operam consumunt. Nam qui mortui sunt, & loquendi facultatem sibi dare non possunt, quomodo illi poterunt a- lijs benefacere?

Hæc cùm Aquilina diceret, mulieres omnes quæ cum ea loquebantur: Quo-

Cap. 4.  
niam,